



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

XLII. Diversæ ordinationes pro felici Regimine, & Custodia S. Petri de
Alcantara in Regno Neapolitano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

1673.
Edit. 26. Aug.
1673. An. 4.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem,
sub Annulo Piscatoris, die 26. Augusti 1673.
Pontificatus nostri Anno quarto.

I. G. Slufius.

Registrata in Secr. in lib. Brevium mensis
Septembris par. 1. fol. 119.

XLII.

Diversæ Ordinationes pro felici Statu, Regimine,
& Manutentione Custodiæ S. Petri de Alcantara
in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum
Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de
Observantia, juxta resolutionem S. Congregat.
Episcoporum.

C L E M E N S P A P A X .

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a
confovendo
Religiosos in
eorum laudabilibus
Institutiis.

Custodiæ S.
Petri de Alcantara
in Regno Neapolitano.
Fr. Discalceat. Hispaniæ
Ordinis Minorum S. Francisci
de Observantia. Initium,
& progressus.

EXigit injunctæ Nobis cælestis Apostolicæ
servitutis ratio, ut Religiosorum Virorum cæcus
sub suavi severioris Disciplinae jugo Christo militantes,
uberesque bonorum operum fructus adspirante
superni favoris aura proferre jugiter fatagentes
in eorum laudabilibus Institutiis confovere,
illorumque tranquillitati, ac felici regimini,
& incremento, quantum Nobis ex alto conceditur
prospicere studeamus.

§. 1. Cum itaque Custodia S. Petri de Alcantara
in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum
Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de
Observantia nuncupatorum alias in executionem
quarundam Nostrarum in simili forma Brevis
litterarum auctoritate Apostolica erecta, & instituta,
variisque gratis, & Ordinationibus pro felici
ejus gubernio emanatis per alias Nostras pariter
in forma Brevis litteras decorata, atque stabilita,
multis tamen in sui primordio, tam Romæ,
quam subinde in Hispania contradictionibus vexata,
& per illas tamquam aurum in fornace
probata, & purificata, ac ab illis, quippe
insubstantibus, & ex animositate provenientibus,
tum Judicia Congregationis Venerabilium
Fratrum Nostrarum S. R. E. Cardinalium negotiis,
& consultationibus Episcoporum, & Regularium
præpositæ, tum charissimi in Christo filii
Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, qui
pro eximia sua erga Nos, & Sedem Apostolicam
reverentia, rem omnem ad supremum Nostrum,
& dictæ Sedis Judicium remisit, æquitate, atque
pietate liberata fuerit.

§. 2. Hinc est quod Nos felici, prosperoque
ejusdem Custodiæ statui, regimini, & incremento
quantum cum Domino possumus providere,
ac ejusmodi perturbationibus ansam in futurum
præcidere cupientes de memoratorum Cardinalium,
qui relationem Venerabilis etiam Fratris
Nostri, necnon dilectorum filiorum Custodis, &
Diffinitorum, ac Fratrum dictæ Custodiæ singulares
personas a quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & penis, a jure, vel ab
homine, si quibus quomodolibet innodati existunt
ad effectum præsentium dumtaxat consequendum
harum serie absolventes, & absolutos fore
censentes, Francisci Episcopi Ostien. ejusdem
S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati dicti
Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris
perpenderunt, consilio, ac motu proprio,
& ex certa scientia, & matura deliberatione
Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine,
ne de cætero quisquam etiam quavis præminentia,
potestate, officio, vel superioritate fungens,
seu quandocumque functurus quidquam
contra statum, perpetuamque conserva-

Absolutio a
Censuris.

Motu proprio
interdicit ne
quidquam
contra statum
perpetuamque
conservationem
d. Custodiæ,
& litteras
Apostol.

tionem Custodiæ præfatæ, quæ matura
consideratione prævia, auctoritate nostra erecta
fuit, & in qua S. Francisci Regula stricte, ac
debito rigore servatur, aut contra litterarum
præfatarum dispositionem quovis quæsito colore,
prætextu, vel ingenio attentare audeat, seu
præsumat, tenore præsentium districte, &
perpetuo prohibemus, & interdicens.

§. 3. Nos enim eandem Custodiam Dei
servitio, ac Animarum saluti, fideliumque
a diffinitioni promovendæ perutilem esse,
nec ullum præjudicium, aut incommodum,
sed potius decorem Ordini præfato adferre
harum serie declaramus. Ac præfato Francisco
Cardinali Protectori, ut audito dilecto filio
Commisario Generali Curie d. Ordinis, qui
durante absentia Ministri Generalis, Superior
dictæ Custodiæ existit, Capitulum ipsius
Custodiæ celebrari facere, & pro hac vice
tantum Commisarium Visitatorem illum
mittere, seu etiam pro singulari, quam
habet Fratrum ejusdem Custodiæ meritis
magis conspicuorum noticia, electiones,
seu deputationes Custodis, Diffinitorum,
Guardianorum, & aliorum Officialium
ipsius Custodiæ facere, & quatenus aliquis
ex sic electis, seu deputatis, renunciare
vellet, ejusmodi renunciationis acceptationem
committere, & officium renunciatum
alteri Religioso idoneo conferre, seu
demandare libere, licite, & valide possit,
& valeat, quamcumque necessariam, &
opportunitatem facultatem tribuimus, &
impartimur.

§. 4. Et quia ex quinque Conventibus,
quibus d. Custodia constat, duo, videlicet
S. Jacobi Civitatis Licien., & S. Mariæ
Gratiarum Terræ de Squinzano Conventus
tanto locorum intervallo à reliquis tribus
distant, ut opportune gubernari nequeant,
nec visitari, neque illis de Religiosis
providi, nisi cum magna difficultate possit,
quod etiam agnovit dilectus filius Minister
Generalis d. Ord., qui in visitatione
ejusdem Custodiæ, duos Conventus
hujusmodi admittendos fore censuit,
ideo Custodiæ, & Diffinitorio d. Custodiæ,
ut eosdem duos Conventus S. Jacobi
Civitatis Licien., & Sanctæ Mariæ
Gratiarum Terræ de Squinzano
dimittere, & ab ipsa Custodia
dismembrare, ita ut sic dismembrati,
quantum ad Ordinem prædictum
spectat, in præfati Ministri
Generalis dispositione remaneant,
& subinde in vicinia reliquorum
trium Conventuum ipsius Custodiæ
alios duos Conventus à piis, &
devotis Christianis, qui pro eorum
pietate illos edificare voluerint,
in locis tamen in quibus nullus
Conventus Fratrum de Observantia,
vel Reformatorium Ordinis
prædicti existat, de Ordinariis
dumtaxat consensu, prout dudum
fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecessor
Noster per quasdam suas in forma
Brevis litteras die 25. Junii 1639.
expeditas, quarum initium est,
Cum ea &c. Fratribus Minoribus
Discalceatis Hispaniæ, quorum
Privilegiis dicta Custodia ex
concessione Nostra gaudet,
concessisse reperitur, ac servata
in reliquis Sacrorum Canonum,
& Concilii Tridentini
Decretorum dispositione recipere,
& acceptare libere, & licite
possint, & valeant, earumdem
tenore præsentium concedimus,
& indulgemus.

§. 5. Ut autem Custodia præfata
in humilitatis spiritu, & morum
simplicitate, quibus virtutibus
S. Franciscus Ordinem suum
resplendere voluit, conservetur,
& ambitionis vitio, quod
Religiosis Congregationibus,
atque Communitatibus, etiam
maxime reformatis inquietudinem,
& perniciem adferre solet,
aditus præcludatur, statuimus,
& ordinamus, ut in eadem
Custodia nulla sit inter illius
Religiosos alia præcedentia,
præter eam, quæ ex antiquitate

1673.
desuper editas
quovis colore,
vel prætextu
aliquid audeat
attentare.

Durante absentia
Ministri Generalis
Commisarius
Generalis Curie
pro hac vice
tantum Commisarius
Visitatorum ad
Capitulum d.
Custodiæ mittere
possit, ac electiones
Custodis Guardianorum,
aliorumque Officialium
facere, & renunciations
recipere.

Custodia constat
ex quinque
Conventibus
prout in rubrica.
Duo ex quinque
Conventibus
valde distant
ab aliis.

Dat facultatem
Custodiæ,
& Diffinitorio
d. Custodiæ,
ut dd. duos
Conventus
valeant
dismembrare,
& alios
duos a pietate
fidelium de novo
erigendos
sibi unire,
prout in rubrica.

In eadem
Custodia
nulla sit
præcedentia
inter illius
Religiosos
nisi quæ ex
antiquitate

1673. tiquitate sus-
ceptionis habi-
tus resul-
tat. Custo-
des, & Guar-
diani licet
durantibus
eorum Offi-
ciis alios
præcedere
debeant iis
finitis ad lo-
cum suum re-
vertantur,
juxta anti-
quitatem
susceptionis
habitus.

Officia vacan-
tia per Ele-
ctionem a
Custode, &
Diffinitori-
bus actuali-
bus, & in de-
fectum alicujus
ex eis a
Guardiano S.
Luciæ faci-
endam prout
in rubrica.

Nullus nisi
occasione
transitus in d.
Custodia reci-
piatur qui
a sua Provin-
cia apostata-
verit, est li-
teris Obedien-
tiales alte-
rius Superio-
ris afferat.

Novitius d.
Custodie, qui
in aliquo ex
tribus scruti-
niis intra an-
num proba-
tionis suffi-
cientia suffra-
gia non ha-
buerit habitu
spolietur Super-
ioris Con-
ventus Novi-
tarius, vel
Custos in eo
residens, aut
Magister No-
vitorum si
Novitium Reli-
gioni inep-
tum agnoscat
habitu eum
spoliare pos-
sint.

Capitulum
d. Custodia
compromit-
tat in qua-
tuor Religio-
sos a Card.
Protectore
approbatos,
seu ab ipso
nominatos
qui statuta, &
ordinationes
ejusdem Cu-
stodiæ confi-
ciant.

Dat facultate-
tem eidem
Card. Protec-
tori aliquid
aliud statuen-
di, pro regi-
mine, & ma-
nutatione
d. Custodiæ.

Supplet de-
fectus omnes
prout in rub.

susceptionis habitus resultat, quam Sacerdotes Clerici, & Laici inter se respective servant, nec ullam aliam habeant, etiam illi qui officiis actu funguntur, cum prerogativa, & exemptiones officiorum hujusmodi illa ambiciose pretendendi ansam præbere soleant, exceptis tamen Custode, & Guardianis actualibus, qui durantibus eorum officiis tantum alios præcedere, illis vero finitis ad locum, qui eis juxta antiquitatem susceptionis habitus competierit, reverti debent.

§. 6. Et quando ex quacumque causa vacaverit aliquod Officium ex illis, ac in iis casibus in quibus per viam substitutionis, & subrogationis subintrari solet, semper in officium vacans subintrari debeat per electionem a Custode, & Diffinitoribus actualibus, & aliquo illorum deficiente, vel satis cito venire non valente, a Guardiano Conventus S. Luciæ faciendam. In ipsa vero Custodia strictè observetur Constitutio d. Urbani prædecessoris, quæ incipit - *Admonemur &c.* contra Fratres d. Ordinis, qui per favores Sæcularium officia consequi prætentunt edita.

§. 7. Porro nullus in d. Custodia, nisi transitu occasione recipi possit Religiosus, de quo noticia habeatur, cum sua Provincia apostatando fuisse egressum, tamen si literas obedientiales ab alio Superiore, quam suo Ministro Provinciali emanatas adferat, nec in eadem Custodia incorporari valeat ullus Religiosus, qui sine obedientia sui Ministri Provincialis illuc advenierit, licet literis obedientialibus, cujusvis alterius Superioris munitus sit. Quod si aliquis Novitius Custodiæ hujusmodi in aliquo ex tribus scrutiniis intra annum probationis fieri solitis suffragia sufficientia non reportaverit, habitum illico spolietur; prout etiam Superior Conventus Novitiatus, vel Custos si in eo residerit, ac Magister Novitorum, si aliquem Novitium Religioni ineptum esse, nec sine incommodo in Novitiatu detineri posse cognoverint, illum non expectato tempore emissionis votorum habitu spoliari, & dimittere possint.

§. 8. Quia vero intra breve tempus quo Capitulum d. Custodiæ durare solet, confici non poterunt statuta, & ordinationes necessaria, quibus Custodia ipsa perpetuo gubernetur; Volumus, & ordinamus, ut Capitulum ipsum compromittat in personas quatuor Religiosorum, zelo, prudentia, & virtute præditorum, qui a memorato Francisco Cardinale, & Protectore approbati, seu alias ab ipso nominati sint, ipsique Compromissarii statuta, & ordinationes hujusmodi quibus eadem Custodia in perpetuum regi, & gubernari debeat secundum datam sibi a Domino prudentiam conficiant, & componant; Ita tamen ea Sacris Canonibus, seu Concilii Tridentini præfati Decretis, vel Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, aut regularibus Ordinis præfati Instituti non adversentur.

§. 9. Caterum si dictus Franciscus Episcopus Cardinalis, & Protector temporis progressu cognoverit, aliquid aliud pro felici regimine, ac Perfectione, & Manutatione Custodiæ præfate statui oportere, eidem Francisco Cardinali, & Protectori, prout expedire in Domino censuerit, illud, servata tamen Constitucionum Apostolicarum, ac Decretorum Congregationis præfate dispositione, statuendi, & ordinandi facimus potestatem.

§. 10. Decernentes easdem præfatas literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet, etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præminentie, & dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu ha-

bere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque Cause, propter quas præfatas emanaverint, ac dictæ specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos Juris reduci, aut in controversiam vocari, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari, aut intentato, seu etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessis, vel emanato quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu juvare posse; sed ipsas præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfate Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosque quoslibet quacumque præminentiam, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, sit fecus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon d. Ordinis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam eidem Ordini illiusque Superioribus, Fratribus, & Personis, aliisque quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria rum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 12. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, formas, occasiones, & causas etiam quantumvis prægnantes, pias, & privilegiatas, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem præfatis pro plene, & sufficienter expressis, & insertis, & exactissime adductis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, plenissime, & sufficienter hac vice dumtaxat derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Decretum irritans.

Contraria, ab obstantia memorat.

Eis latissime derogat.

Datum

1673.
Edit. 28. Aug.
1673. An. 4.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Augusti 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slufius:

Registrata in Secretaria Brevium in lib. Mensis Sept. par. 1. fol. 115.

XLIII.

Indultum, ut de B. Bernardo Ptolomæo Fundatore Congregationis Montis Oliveti Ordinis S. Benedicti Missa, & Officium de Comuni Confessoris non Pontificis, sub Ritu Duplici, quotannis in perpetuum die 20. Augusti, qua idem Beat. obdormivit in Domino, ab universa Congregatione præfata, & Monialibus, seu Oblatis Monasterii Turris Speculorum de Urbe celebrari, & recitari respectivè possint.

C L E M E N S P A P A X .

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a promovendo cultum Servorum Dei qui salubribus Institutis Religionem propagarunt.

Apostolici muneris, quod ineffabilis Dei bonitas humilitati, atque infirmitati nostræ committere dignata est, ratio exigit, ut Servorum Dei, eorum præsertim, qui in diebus peregrinationis suæ multiplicibus Divinæ Gratiæ donis decorati, Religionem salubribus Institutis propagarunt, & feliciter decurso mortalis vitæ studio, perennem in Cœlis justitiæ coronam accipere meruerunt, cultum, & venerationem in Terris, ad Omnipotentis Dei gloriam, Fideliumque ædificationem promovere studeamus.

Cong. SS. Rituum die 24. Nov. 1644. declaravit consistere de cultu immemorabili B. Bernardi Ptolomæi Fundatoris Congregationis Olivetane.

§. 1. Cum itaque ex deductis in Processu alias a tunc existente Archiepiscopo Senarum confecto, super casu excepto, & cultu immemorabili exhibitio B. Bernardo Ptolomeo Fundatori Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ord. S. Benedicti, die 24. Novemb. MDCXLIV. Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præposita declaraverit, de illo consistere ex cultu exhibitio prædicto Beato Bernardo per immemorabilem temporis cursum, cum scientia, & tolerantia Ordinariorum: Et sicut dilectus filius Franciscus Maria Sarubbius de Neapoli Abbas d. Congregationis Montis Oliveti Nobis nuper exponi fecit, ipse Missam, & Officium de eodem B. Bernardo celebrari, & recitari posse plurimum desideret.

Preces Abbatibus d. Congregationis.

§. 2. Nos piis ejusdem Francisci Mariæ Abbatibus votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus hujusmodi præpositorum consilio, ut de memorato Beato Bernardo Ptolomæo Missa, & Officium de Comuni Confessoris non Pontificis sub Ritu Duplici juxta Rubricas Breviarum, & Missalis Romani quotannis in perpetuum die 20. Augusti, qua idem Beatus Bernardus obdormivit in Domino, ab universa Congregatione prædicta Montis Oliveti, ac a dilectis in Christo filiabus Monialibus, seu Oblatis Monasterii Turris Speculorum

Absolutio à Censuris.

Indulget ut de eodem Beato quotannis in perpetuum Missa & Officium de Comuni Conf. non Pont. die 20. August. ab universa Congreg. Olivet. & Monialibus, seu Oblatis Turris Spe

de Urbe celebrari, & recitari libere, & licite possint, & valeant respectivè, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Non obstantibus Decretis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apost., caterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis; manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 30. Augusti 1673. Pontificatus nostri Anno Quarto.

I. G. Slufius:

Registrata in Secretaria in lib. Brevium mensis Sept. par. 2. fol. 61.

Prohibitio transitus Clericorum Regularium Matris Dei, & de Somaſcha de una ad alteram Congregationem hujusmodi respectivè, ex quacumque etiam justissima causa, ac etiam vigore cujusvis licentiæ a superioribus, sive etiam in Capitulis Generalibus earundem Congregationum concessæ.

C L E M E N S P A P A X .

Ad futuram rei memoriam.

EX commissi Nobis divinitus pastoralis muneris debito quieti virorum religiosorum, quo seclusis discordiis in spiritu tranquillo, & pacis amœnitate famulatum Altissimo præstare decet, libenter providemus, sicut conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque (sicut accepimus) occasione transitus, quam quidam Clerici Regulares expresse professi Congregationis Matris Dei ad Congregationem Regularium de Somaſcha nuncupatam, fecerunt, seu faciendi licentiam obtinuerunt, nonnullæ inter eos sint exortæ controversiæ, quæ dissidiis, & perturbationibus animorum causam præbere possent.

§. 1. Nos religiosæ Clericorum Regularium utriusque Congregationis hujusmodi tranquillitati quantum cum Domino possumus consulere, ac memoratis controversiis, & dissensionibus ansam in futurum præcidere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, ac maturæ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ne de cætero ullus Clericus Regularis expresse professus dictæ Congregationis de Somaſcha ad præfatam Congregationem Matris Dei, nec ullus hujus Congregationis Clericus Regularis expresse pariter professus ad eandem Congregationem de Somaſcha ex quacumque etiam justissima causa, ac etiam vigore cujusvis licentiæ a suis Superioribus obtentæ, sive etiam in publicis Capitulis Generalibus Congregationum præfatarum respectivè concessæ, transire ullo modo possit, tenore præsentium perpetuo statuimus, & ordinamus.

§. 2. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, nec de subreptionis, vel

1673.
colorum celebrari, & recitari vale. t.

Deregit contrariis.

Transumptorum fides.

Edit. 30. Aug. 1673. An. 4.

XLIV.

Exordium a providendo ut Religiosi in Spiritu Pacis Deo famulentur.

Controversiæ exortæ ob transitum Clericorum Regularium Congregationis Matris Dei ad Congregationem Regularium de Somaſcha.

Statuitur ne ullus Clericus Regularis Congregationis de Somaſcha ad Congregationem Matris Dei, nec ullus hujus Congregationis ad Congregationem de Somaſcha transire possit.

Supplet omnes defectus.